

Sbd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ
ΚΑΚΟΖΗΛΙΑΣ
ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ,

quatenus in verbis est,
tenuiter agit,
& vt

ΠΑΤΡΟΝΙ & ΦΑΥΤΟΡΕΣ

Sermonibus quorundam Discipulorum
ingenuorum & diligentium

nonis Aprilis
hora octaua matutina,
DEO volente,
adesse,
itemque.

*adolescentes eximios
& bonæ spei*

JO. CHRISTIAN. BOCHMANNVM,
JO. CHRISTOPH. GRVNBERGIVM,
JO. CHRISTIAN. WAGNERVM

scholæ valedicturos & in academiam
se collaturos
audire benigne velint,
rogat

Jo. Gottfried Zeiske,
Rector Schol. Sor.

DRESDÆ, Excudebat JOHANNES RIEDELIUS, Typogr. Aul.

AK





libris videtur in summo

libris videtur



Ultis poetis aliorum imitatione ad carmina condenda excitatis idem usu venit, quod pictoribus. generi hominum cum poetis saepe componi solito, qui dum oris lineamenta effingere student, nimia arte nimiaque pigmentorum varietate a reddenda similitudine paulo longius aberrant. Conueniunt in eos verba Libanii in ethopaea secunda: περὶ τῆς κατὰ

R. 2. P. 734.

λέξις βαλόμενος ἀραδίς, ἑρπετικὸς ἀνωχὺς ἢ οὐδὲν ἴσως ita enim quam ἐνωχὺς legendum potius Lucas Holstenius in observationibus ad Xil. Libanii epistolae, a Richardo editas censuit, idque propter irriti & inepti amoris impossibilem effectum, ut Petrus Lambecius eo loco addidit. Praeter illa autem, quae de peruersa in re poetica imitatione alio tempore dicta sunt, & κακοζήλια μιμήται τις καὶ ἐν ἴς nunc occurrit ducibus Aristotele, aliisque, ἀ κακῶς ζῆλδεν quae obiecta verborum architecti dixerint. Ista vero tum ad voces versusque, tum ad res, tum ad ἐπιουσίας & ordinis conservationem-reuocabimus, cum tota res praeposito imitandi studio, quantum hic satis est, subiecta eo redire videatur. Reprehendit Quintilianus oratorum imitatores, qui cum verba quaedam ex orationibus excerpterunt, aut aliquos compositionis certos pedes, mire a se, quae elegerunt, effungi arbitrantur: quod eadem plane ratione de poetis dici potest.

l. c. 2. in fin.

M

M

M

v. 107.

l. 1. c. 4.

v. 7. Jo. 16.

Notum est, apud Homerum, epitheta multa occurrere, qualia sunt ἀνιπιδες, βοδοδάκτυλ, λευκολευκ, ευρυκελαι, ευκρημίδες, κρηκομοτες, quae otiosa & ignaua J. C. Scaliger de re poetica, Trappius in praefationibus & nouissime in Gallia Homeri aduersari inuidiose, neque nulla tamen ratione, obiciunt. Non prorsus hac culpa vacare Virgilium, Horatium, Ouidium, Claudianum & optimos quosque consententur illi, qui eos rarius hac superuacaneorum vocum licentia usos esse non inficiantur. Largior seges in sequioris aetatis vatribus occurrit, cum poetis paulatim in deterius prolaberetur, & in oculis inertibus adhibendis multum sibi sumeret vel oscitantia, vel fingendi audacia. Sic Nonnus Pannopolitanus, poeta satis antiquus, ut ex multis hunc in exemplum proponam, sane complura otiose videtur posuisse: ut cum πνευμα θεῶν νεσείο Joannis quinto decimo dicit, nomine vel superuacuo, vel si Platonis sententiam respexit, falso. Nam Platonici νεσείας mentes inferiores vocant & νεσείας opponunt, ut Helychius, Stanleius in historia philosophiae orientalis & Clericus in indice philologico docuit: cum ob additam γεννησε vocem Nonnus ne ista quidem rima elabi queat. Idem alio loco διωσσε βίη ἀλιτημονα dixit sensu parum efficaci, nisi forte antithesin ἐνοπέβει

δικαίω

δικαιοσύνης, quæ haut ita multo post sequitur, prætendas: quemadmodum nec Scaligero, vt puto, se adprobaret κίσις

v. 27.

αιεταίοι πολύτερον ἔσχετο ἀρήνας,

Ac ne veterum quidem exemplo, quantum mihi constat, scripsit περιθὰς αἰετῶν, nisi quod eodem modo se auribus & mentibus ingerit παλλὰς ἀρήνας cum alibi περιθῆμον ἄισρον αἰετῶν ponat, atque ἄισρον & ἀισρηθῆτον verbum ceteroquin in deliciis habeat. κακὸς γὰρ porro est, cum versus mire distorquentur & voces velut obtorto collo dimidia sui parte ad sequentem lineam trahuntur, idem fatum expertæ, quod nequam seruus in divinatoribus litteris ἀρχοποιία punitus, aut res omnes philosophicæ, *Ramo* dispartiente, Indulserunt hoc sibi Græci veteres, Pindarus, Aristophanes, Euripides, & alii, secutusque eos est Horatius sed parcius, frequentius in pentametris distrahendis Catullus, quem præcipue imitatus videtur *Marullus*, hoc discernendi lib dinis nomine a *Scaligero* culpatus, de re poet. p. 718. Nimis vero aperte in hoc peruerse imitationis vitio incurrit, qui alienos ferus ingenioso furto suos facit, qua ratione Acusilaus olim Hesiodi poemata, solutorum sermonum habitu induta, pro suis venditavit: fere vt Caligula, Xiphilino teste, imaginem suam præferentes formas statuis, quibus capita præfiderat, addidit. Verum illud argumentum dudum exhauserunt, ampliori tamen campo, quam pro poetices modulis, *Thomasi*, *Almelovecius*, *J. A. Fabricius*, *J. C. Schwarz*, vt *Stephani Forcatuli* *Prometheum* seu *dialogum de raptu animorum*, *Salmasium* in prolegomenis maximi operis, & *Jos. Scaligerum*, epistola ad *Salmasium* prætermittam. Nisi tamen *Menagio* credimus, qui ut plagii poetici crimen a *Bailletto* obiectum depelleret, & poetas non consulto, sed casu in eadem aut similia carmina incidere posse ex instituto scripta *dissertatione de furto & imitatione poetarum* demonstraturus erat, idque præmoneretur in *observationibus ad Malherbium*. Scripserat etiam ex antiquis ἀεὶ συνεπιθώσους *Arctades*, cuius memoriam nobis servauit *Eusebius*: Isto tamen propugnaculo vix tueri se posse videtur vel *T. Calpurnius*, vel *Olympius Nemesius*, quorum alter alterius scriinia compilauit, vti ex vtriusque locis a *Scaligero* comparatis patet. *Fabricii* ποθὸν ἄδρακτο, quo ab vtroque culpam smolitur & librario forte tribuendam putat, locum haberet, si non nisi duo isti verficuli, quos vir doctissimus ex *Vossio* adduxit, in iudicium venirent: at plures sane sunt, & nunc nomina pastorum mutant, nunc verba quædam detrahunt, nunc interferunt. Eodem censu habendi sunt *centonum* confarcinatores, si quorundam sententiam sequaris, qui hoc non imitationis sed furii non quorundam sententiam sequaris, qui hoc non imitationis sed furii non mine designant, neque inuentori multum laudis deberi existimant, quem quidem Aufonium facit in *Polyhistore Morhofius*, sed præter alios quem quidem Aufonium Geram nominat *Tertullianus*. Celebres sunt *Probæ* *Falconia* *Hosidii* *Geram* nominat *Tertullianus*. Celebres sunt *Probæ* *Falconia*, vel vt aliis placet *Falconiæ* centones, quos post *Aldum*, *Brubachium*, *Meibomium* & reliquos *I. H. Kromayerus* nuper edidit, & quos multo inter eos *Antonius Possseimus de poetis* magno æstimant. Huius exempli *Eudocia* augusta *Ὀμηροειδὲς*, vt de *la Bigne* in bibliotheca patrum inscripserat dedit, concinnauit, sicut iam antea *Pomponius Tityrum*, *Aufonium* centonem nuptialem, magnoque numero *Capilupi*, *Pleurii*, *Spadii*, alii; de quibus *Morhofius* & *Fabricius*. Sed quia illi fontes suos ex quibus hausserunt, indicant & coronant, maiori sane laude digni sunt, qui non in loquendi modo rationem & verba, sed in hemi-quam illi, qui non in loquendi modo rationem & verba, sed in hemi-quam illi, qui non in loquendi modo rationem & verba, sed in hemi-

de re poet. p. 718.

p. 277.

p. 76. bibli. lat. p. 146

c. 16.

c. 2.

polyhist. l. c. bibli. lat. p. 230. suppl. p. 86.

l. 3. p. 17.

13.p.302. *Iii*, quam Pollionem inscripsit, totam fere immiscuit, erroremque simul de Virgilio Christi nascentis præcone confirmavit: cum *Vida* in *christi* *scide* tatis haberet, si ad eandem alluderet. Vicinæ centonibus *parodie* sunt, vestigia poetarum adeo manifeste referentes, ut facile exemplar prodant: quo modo ipse Virgilius Catulli poemation: *Phæselus ille, quem videtis hospites*, imitando expressit: *Sabinus ille, quem videtis hospites*; & Scaliger: *Boletus ille, qui necavit hospites*; & apud *Opitium Nislerum*: *Vesuvius ille, quem videtis Itali*. Pindarum pauci cum *Sammaritano* & *Heinsio* imitandum & parodiis exprimendum sibi sumperunt, siue difficultate operis, siue auctoritate Horatii, cuius nota est sententia:

1.4. od. 2. *Pindarum quisquis studet emulari*
Jule, ceratis opæ dædalica
Nittur penis vitreo daturus
Nomina ponto.

Quod quidem Flacci iudicium non cum veritate convenire, sed per exsuperationem, re in maius atque in immensum fere aucta, latum esse, ut a legendo *Pindaro* deterreret & *furta sua* tegeret, cum *Erasmus Schmidtus* pronunciat, iniuriam facere optimo vati videtur. Ipse vero Horatius haud paulo plures imitatores habuit, qui magno in id incubuerunt studio, ut ad similitudinem illius odarum lyram suam componerent: in eis *Cicardus*, *Meibomius Rhodius*, *Caninius Hoppius*. Inter ea multa occurrere *navo* *Colias* suspecta, immo etiam reuera isto vitio damnanda, nemmo elegantioris ingenii & in rebus eiusmodi versatus inficias iuerit, in eundem lapidem; sed alia ex parte impingunt, qui certos quosdam pedes a veteribus poetis vel incuria vel consilio certo posiros amantrebrique reperunt: qua ratione *Pacificus Maximus* in *hectel* *gio* vocum trium & quatuor syllabaram aucupio in pentametris deletatur. Attendamus, an contentæ illius excusatione æquæ aures esse possint, cum canit:

1.9. eleg. vlt. *Forstian & primum cur sint incompta requiris,*
Lapsaque cur tortis carmina sint pedibus?
Sic bene conveniunt, bene sic sunt apra dolori,
Sic bene diffusis Musa canit lacrimis.

Ac ne quis arbitretur, *Maximum* inter minorum gentium vates esse, nec opera precium in iis percrendendis fieri, *Magliabechnus* sane illum poetam afulantem in scholis publice prælegendum censuit & *Josephus Lenzus* ovidianum in eo genium adgnoscit. Idem in dimetiendis syllabis earumque constituendo renore paulo negligentior est, in qua re non gentiles tantum eius, *Fulvius Præsius*, *Bonifacius*, sed etiam alii *Frischlinus*, *Taubmannus*, *Mercusius*, *Owenus*, plures, lapsi sunt: quod relinquone quis *Herculem* *romo* *Oberg* ab acherunte rediisse opinetur. Sed ut illa vel communis imbecillitatis lege, vel operarum incuria solent excusari: sic *Trappius* eos non mediocri *navo* *Colias* reos peragit, quos Virgilio exemplum ad transiliendas *quantitatis* leges impellat. Simili vitio laborare contendit, qui in multatis postrema parte versibus virgilianum istud: *Quem tibi iam Troia*, imitari volunt: qualia hemistichia imperfecta ab *Antonio* relicta esse vel ex *Scaligeri* poetica constat. Neque usque adeo bene rem instituerunt, quibus placuit *C. Lucilii* veteris institutum.

furum, græcas voces latinis hinc inde miscens, vt eius fragmentum v. Rappolt ad
apud Nonium a Turnebo, Lambino & Rappolto citatum testatur; Hor. p. 105. f.

Num censes καθ' ἑλπίκαμον καθ' ἑσφύεσθ' illam

& quæ sequuntur. Notauit illum iam olim Horatius satyra decima
veribus notissimis, eademque opera perfringit Rhodium Pitholeonem,
simili scribendi genere delectatum, ac quasi chio vino salernum
commiscentem. Iuuenalis equidem satyræ suæ græca vocabula
adpersit, vt in sexta:

Ζωὴ καὶ ψυχή.

& in nona:

αὐτὸς γὰρ ἑφελικεῖται ἀνδρῶν κινᾶσθ'.

quoniam posteriore loco non eadem est in omnibus libris lectio.
Ceterum, Scaligero & Rappolto iudicibus, vtrumque recte, vt ista prudentia
laudem potius quam vituperium mereatur, cum ὑπεκοσμουαται
Romanorum grauitate indigna, & crimina latinis auribus minime
ferenda prolaturus esset. Secuti sunt alii, maxime recentiores, sed
ita vt præpostera imitationis notam non effugerint: vt Balhasar
Bonifacius latinis Musas suas sæpius græcis vocabulis, quasi gemmis
quibusdam distinguere voluit. Tale illud

Buntubata, affanica, gerra, uilitia, trica

ἀλγασ, λευθᾶ, λογοὶ καὶ περὶ ψημάτια.

l. 1. n. 4.

item:

Immo priora, δευτεῖων ἀνευθῶν,

Parui, Melinthe, pendimus.

n. 30.

nec minus:

Cumque θειῶν οἰδὸς ἀπᾶντων Pan corniger hircus.

l. 4. n. 21.

& in nomenclatore, seu septimo libro sæpius. Festiuitatis tamen &
urbanitatis imaginem in his poteris adgnoscerere, quæ, ne res exem-
plo careat, Domin. Bandius scripsit in hunc modum:

Tu ne etiam Milander es ἡραεσθ' ἕκαστο μυσθῶν

p. 584. poem.

Tot curis obsistis ἀνδρῶν ἑργα καυθῆσθ';

& quo Bonarscii seu Scribanii amphitheatrum ornauit, hoc initio:

p. 583.

Prodit horribilis liber eis Κάθ' ἡελίοιο

Eiusdem generis sunt, quæ macaronica dicuntur, qualia Bern-
ardinus Stephanus, teste Erythro, scripsit, & Merlinus Coccaius, Ce-
pinac. p. 160.
sar Vrsinus adscito nomine Magistri Stopini in lucem emisit, & no-
strates quoque admixtis gallicis, italicis, latinis vel serio, vel ad no-
stratas aliorum ineptias ὑμνησθῶς imitati sunt. Nescio an huc referen-
re debeam morem illum ad nomina alludendi certe iam antiquum, quod
in Phenissis nomen Polynicis in argumentum traxit; quamvis Pe-
trus Viëtorius in variis aliorum poetarum exemplis poetarum hoc esse
simi sententiam infringere studuerit. Vulgarium poetarum hoc esse
Barthius in aduersariis & animaduersionibus in Claudianum dicitur,
& cum eodem Bailletus in iudiciis suis, sublata cum Claudiano vera
tr. 4. de poet.
mentario horatiano Rappoltus. Exempla adferre foret opera sua
p. 75. f.
otio abuti, cum plena iis fere omnia sint monumenta: instar tamen
omnium esse poterit Bonifacius, magnus, Barleao præcone, vates,
yti alias ita ex instituto in nomenclatore academico: quanquam &
Mor-

Morbosius pëtita a nomine inuentiones poëticas in *hyle* suppeditare eoque ipso commendare non veretur. Illa vero etiam confuetudo tanquam pestis quædam toti orbi literario incubuit, qua eruditissimi quique gloriam carminis a fabulis deorumque inanium sacris quæsiuerunt, vt *Ithomasius*, *Gambara*, *Rünkerus* & alii integros libellos ea de re confecerint. J. C. *Scaliger* ea causâ *Marullum* reprehendit variis locis, & in *Sannazario* idem notauit: *Pacificus* vero *Maximus* ita loquitur interdum, vt non sacra christiana hominem profiteri, sed deorum profanorum cultorem, aut si mauis, atheum esse credas. Inter alia, quæ *Sannazario* obijciuntur *libro hypereritico*, orgiorum quoque nomen secundi libri sine occurrit: abs quo nec se *Vida* in *christeide*, nec H. *Grotius* initio *mathestii* de *eucharistia* abstinuit, cum scribit:

*Mystici secreta ritus, prisca religio sacri,
Cæcibusque sancta semper christianis orgia.*

Novi, quem colorem *Grotius* in *epistola ad Guilielmum* fratrem poëmaticus præfixa rei isti inducat; quod profecto, inquiens, vigente *paganismo flagitiosum fuerat, nunc periculo careret: sicut quippe omnes ea voce modo sidera, modo elementa, modo mentes ætherias, modo insignes viros, modo DEI vnus virtutes ac dona intelligi.* Verum vt hæc in rebus profanis describendis, earumque allusionibus locum habent & tolerari omnino possunt: ita non video, quo iure vel numinum fallorum nomina DEO, vel rerum ad ea spectantium voces rebus diuinis aptari queant, cum DEVS vel deorum ac inprimis *Baalim* nomen inuisum ab ore populi sui se sublaturum promiserit. Dicunt alii, qui cum *P. Petio de furore poëtico* mitius de hac re sentiunt, ipsos scriptores diuinos non tantum ad ritus gentium superstitionis respexisse, sed etiam ex earundem religione multa vocabula hausisse, quod *mysteriorum* præcipue ex *Bacchi* *Cererisque* sacris deumprorum exemplo confirmant. At *mysterii* vox, qua ad initia sua ac potius sacrilegia designanda abusi sunt, per se non notat vel orgia vel *eleusinia*, ideoque temoueri facilius a profana anticipatione & ad sanctiorem religionem reuocari, atque instar spoliolum ægyptiorum ad tabernaculum diuinum conferri potuit. Cumque idem de reliquis vocibus genuinæ suæ significationi redditis & in sublimiorem usum conuersis dici facile queat: nunquam profecto sacrilegio ausu, vt nonnulli fecerunt, DEVM nostrum *Ioem*, aut *Christum Apollinem*, quæ *Gail. Aderi*, etiam extra carmen est audacia, adpellaverim. Idem *Aderus* cum *Mariam* virginem *Hygeam* vocat, in eor religioni suæ aliquid dedit, & consentientes habet poëtas, qui pontificem romanum venerantur, quique & eam sanctissimam *SOTERIS* matrem & alios sanctos sub carminum auspiciis, vt *Musas* solent poëtas, in partes vocant. *Aëtius Sincerus*, qui antea *Musarum* fontes optauerat:

I. de morbis
biblic. pref.

l. r. p. 4.

*Tuque adeo spes fida hominum, spes fida deorum,
Alma parens
Tu vatem ignarumque vie insuetamque labori
Diuina mone, & pauidis iam læta allabere cæptis,
& sequenti libro: Vos secreta per deua calles
Cæcile, vos (si merui) monstrare recessus
Intactos,*

MI.

Mirum quoque, *Scaligeri* cenfuram effugisse, quæ de Nereidibus
blandis CHRISTO adnataturis, de Neptuno & ceteris eum domi- 1.3. p. 45.
num cognituris admiscuit: Idem ille, cum inferos describit ex Ma-
riæ, item Davidis vaticinantis persona miscet Harpyias, Cerberum,
Megæram, Coecytum & reliqua monstra & denique Lucinæ pro
Cornel. Piccolominea supplicat. Eodem modo apud *vidam* quoque
vana illa nomina occurrunt, ita tamen ut addat: *Et quæ multa ho-*
mines simulacra horrentia fingunt: cuius & illud est, ubi Josephum 1.1. christi,
loquentem inducit: - *Non hæc superi sine numine vestro* p. 221.
& plura, quæ ibi leguntur: contra in poetica libro secundo Pierides im- 1. 3. p. 174.
plorat. Peruulgata est *Heinsii* cum Balzacio contentio, cum ille ange-
los & Eumenidas in *Herode infanticida* in eandem scenam produxisset:
quem eam ob rem Balzaciis dissertatione ad *Huygenium* scri-
pta impugnavit, *Croio* quoque & *Salmasio*, nec non *Menagio* in sus-
fragia euntibus. Et *Menagius* quidem ipse poeta inter Gallos ele-
gantissimus in *observationibus* ad *Malberbium* istorum parti accedit, p. 279. &
quibus verba ex superstitione antiqua adeo non inuisa sunt, ut *Sau-*
nazarario etiam suppetias ferat, qui, *Gabriele* accedente, in Mariæ ma-
nibus sybillina oracula fuisse dicit. Multo quidem consideratus *Vi-*
da, cum in eadem argumenti parte versaretur, monumenta diuino- 1.3. p. 194. f.
rum vatium animo contemplantem inducit: ceterum idem Joanni,
quem in sinu & deliciis habebat liberator suauissimus, hæc verba
tribuit:

Tot veridice ut quondam cecinere Sibyllæ,

Facilius diluit *Menagius* crimen illud *Bembo* exprobratum de JESV 1.4. p. 325.
nostro heroe nuncupato; qua tamen etiam uti *vidæ* sæpius non dubi-
tauit: voce sane impia, ut *Scaliger* iudicat, & utroque indigna at
cenfura acriore quam saniore, cum *hypercriticus* duntaxat Aristote-
lis sententia causam definitur velit. Neque vero nostrates sibi tem-
perarunt, quin eiusmodi flosculos operibus suis adderent, ut sunt
Cerberus, Enyo, Erinny in carminibus *A. Buchneri*, erfi caute sa-
tis & modeste iis utatur. *Frider.* autem *Taubmannum* argumenti sui
oblitum, haustoque ex antiquis poetis spiritu abreptum esse arbi-
tror, cum Paulo præconi diuino in Areopago constituto ista verba
tribuit:

Parcere nunc Parcas flogue operosa renaci
Stamina continuare iubet (DEVS) dum deterat ætas.

Sacr. I. 1. p. 11

Quod eodem loco habeo, quo viri cuiusdam per Silesiam, vnde lar-
gus poetae prouentus. satis celebris dictum in Simeonis morti
vicini prosopopœia:

Non mortis umbras, non loca lurida,
Fauces luerni, tergeminum canem
Et quæ vetustas somniavit
Monstra Erebi timidus pauesco,

Nunc a verbis ad res ipsas, in quibus *æro* potest committi, pro-
grediendum erat, nisi iam verbosiores fuisset in muniendo alu-
mnis doctrinæ nostræ aditu. Laterum illi ac vocis, stili ac memo-
riæ periculum facturis, temporis ratione habita propositum est ar-
gumentum, quo *romæ* quidam antiqui fœderis cum vero *avrtionæ*
CHRISTO conferuntur, & similitudo, quæ inter fata virorum
sanctorum & sanctissimi JESV. mortem receptamque summa cum
glo-

gloria vitam intercedit. Cauebant quod *καταβολή* est, quantumcun-
que poterunt, & in orationibus & in carminibus, ad quæ recitanda
more veterum auditoribus opus est, eoque ordine dicent sententiam:
Thomas Abraham Dietrich, Goliz, ad Francos, March. prologi vice de
typis symbolisque *αἰωνίου* Christi mortem insecute sermone la-
tinoaget. *Jo. Frieder. Lieske, Sor.* simili oratione Adami somnum ad
Christi mortem adplicabit; *Christianus Berns, Sor.* sermone vernaculo
excitatum e somno Adamum, Christi reuiuiscens figuram esse
confirmabit. *Jo. Knöppel, Sraupiz, Lus.* latino stylo isaacum immo-
landum & Christum immolarum comparabit; *Andreas Martin Can-*
nabeus, Richnou, Neo-march. carmine germanico eundem isaacum cum
vitiæ & Jesum vitæ restitutum contendet. *Jerem. Josephi, Cossenblat,*
Lus. græce de conditione miseranda tum Josephi patriarchæ tum Chri-
sti perorabit; *Christian Gottfr. Schönert, Mohorn, Misn.* statum vtri-
usque gloriosum orat, lat. prædicabit. *Wolffg. Henric, de Luch, Equ.*
Sil. verbis vernaculis quædam ex Simfonis iustoria ad Christi perpes-
sionem & mortem conuertet; idemque filum sed victoriæ SOTERIS
ratione habita græca orat. *Dan. Peucer, Forst. Lus.* conuinabit,
Dauid Reckzeb, Sagan, Sil. latine, quæ Dauidi vexato & Christo conue-
niunt, explanabit; *Conrad Zimpel, Gassen, Lus.* quæ Christum cum
Dauid Goliathi victore & rege communia habet, inuestigabit. *Jo.*
Christian Wagner, Lub. Lr. J. & *Jo. Christoph Grünberg, Heburg, Misn.* ad
αἰώνιον καὶ ἰωνά ἡγῆ ἀλλήλων τῶν Χριστῶν ita partientur, vt ille orat, lat.
demerisionem; hic orat gr. liberationem diuini vatis ex piscis faucibus
ad Christum accommodet. Denique epilogus *Jo. Christian Bochmann*
excellentiæ ἀπώδωτος prætypis lat. orat. demonstrabit, auditoribusque
gratiasaget. Cumque *Bochmannus, Grünbergius & Wagnerus* lauda-
bili industria ne cinuito ingenio *εὐκλόπιστα* scholasticam ad finem
Dei beneficio perduxerint, eo inque stadio probitatem, modestiam
& reliqua si non *καταβολή*, qualia Stoici somniant, certe *καθῆκοντα* si-
bi commendata habuerint, nunc in academiam omnes Lipsiensem,
Deo iuuante, se conferent. Ne vero pietatis in alteram hanc patriam
Sorauiam videantur parum esse memores, *Bochmannus* carmine ver-
naculo pro elegantia ingenij sui non inuenusto; *Grünbergius* orat, lat.
stilo polito conscripta, & *Wagnerus* elegia lat. satis insigni scholæ & rei
scholasticæ amplificatoribus valedicent; quibus propeticum accen-
ter germanicis versiculis *Carolus Ferdinand, de Bees & Grostein, Equ.*
Sil. Itaque vos, Patroni ac Fautores, ne illi, quod dicitur, sibi solis
& Musis canant, adesse, ac iacentibus litteris & tantum non animam
agentibus, certe hac ratione spem bonam ostendite. Adolescentes
vero, qui honestam missionem expectare voluerunt, DEO rerum
nostrarum arbitro, & salutis auctori CHRISTO a mortuis excita-
to pijs precibus; item Mæcenatibus ac Patronis, ea, qua de-
cet, obseruantia de meliori *κίβητι* commendamus. P.P.

Sorauia a. d. III. Non. April. 1707.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40

ΠΕΡΙ ΤΗΣ
ΚΑΚΟΖΗΛΙΑΣ
ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ,

quatenus in verbis est,
tenuiter agit,
& vt

ΠΑΤΡΟΝΙ & ΦΑΥΤΟΡΕΣ

quorundam Discipulorum
quorum & diligentium

nonis Aprilis

hora octaua matutina,

DEO volente,

adefse,

itemque

lescentes eximios

& bonæ spei

IAN. BOCHMANNVM,

OPH. GRVNBERGIVM,

IAN. WAGNERVM

lecturos & in academiam

se collaturos


audire benigne velint,

rogat

Gottfried Zeiske,

Rec. Schol. Sor.

JOHANNES RIEDELIUS, Typogr. Aul.



AK